UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

55. De quodam adolescente peccatum luxuriæ in confeßione negante, & pro confirmatione corpus Dominicum petens, deglutire illud non potuit, donec reuocato presbytero; reconciliatus esset.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

CAP. LIIII

DIES paſſionis erat Polycarpi Marty Magni, & in Ricomagenſi verò ciuit Auernæ eius ſolemnia celebrabantur. Lect gitur paſſione cum reliquis lectionibus, q canon ſacerdotalis inuexit, tempus ad ſacr cium offerendum aduenit, acceptaque tu diaconus, in qua miniſterium Dominici c poris habebatur, ferre cœpit ad oſtium, greſſuſq; templum, vt eam altari ſuperpo ret, elapſa de manu eius ferebatur in aëra ſic ad ipſam aram accedēs, nunquam eam m nus diaconi potuit adſequi: quod non alia dimus actum de cauſa, niſi quia pollutus in conſcientia, ſæpius enim ab eodem adu ria ferebantur admiſſa, vni tantum presby & tribus mulieribus, ex quibus vna mater erat, hæc videre licitum fuit, cæteri non v runt. Aderam fateor & ego tunc temp huic feſtiuitati, ſed hæc videre non merui.

De quodam adoleſcente, peccatum luxuriæ in co matione negante, & pro confirmatione corpus minicum petens, deglutire illud non potuit, do reuocato presbytero, reconciliatus eſſet. Ex v eiuſdem lib. 1. cap. 3.

CAP. LV.

SEd & illud, quod apud eundem locum re ſimili contigit, ſilēdum non eſt. Erat iuuenis mundanæ vanitati deditus, & vt i la ætate homines ſolent, voluptati frena re

xa

xans,cui cum diu deſeruiret,contigit eũ ſuper quadam maritata muliere infamiæ nota aduri,cumque per aliquãtum temporis,hac ſuſpicione apud vicinos quosq; teneretur, accidit, vt incurreret in tantam ægritudinem, quæ de vita eius homines cogeret deſperare.[Qui cùm lecto decumberet, & iam iamque morti proximus fieret, inuitatus eſt ad eũ, more Eccleſiaſtico,presbyter,vt eius confeſſionem ſuſciperet,& ei morienti viaticum ſalutis humanæ pręberet. Cùm verò veniſſet, hortari eũ cœpit & commonere inſtanter,vt peccata ſua confiteri non erubeſceret, crimenque illud, vnde ſpecialiter infamatus fuerat,ſalubri confeſſione manifeſtaret. Acquieuit ille, & confiteri ſcelera ſua ſtudioſè aggreſſus eſt, quod dum expleſſet, & rurſus ſuper præfato crimine à presbytero interrogaretur, mentitus eſt,dicẽs ſe inde nullatenus reum eſſe. Cumque presbyter diutina hominis infamia,ſuſpicione actus. ab inquiſitione non deſiſteret, ait ille:Sic(inquit)hoc Domini corpus quod attuliſti ad ſalutem ſuſcipere merear, ſicut huius rei, quæ obijcitur aliquando culpam non incurri. Hac presbyter reſponſione credulus redditus, Dominicam ei communionem iam ſecurus tradidit. Qua ore ſuſcepta, glutiendi virtus ægro protinus ablata eſt:nam cùm paulò antè, quibuiſlbet, etiam duris cibis facilis eſſet ad ima deſcenſus, hoc paruiſſimum corporis Chriſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fragmen, non dicam ſtomachum, ſed nec
guttur vel paululũ attingere potuit. Hoc
tiens ille, niti, quantum potuit, cœpit, vt il
glutire valeret. Quod dum multoties cona
tur, & fruſtrari ſemper ſuos conatus cerne
coactus ipſa glutiendi impotentia, iuxta
ctum, quo decumbebat, illud exſpuendo p
iecit. Cuius rei euentu valdè territus, pres
terum, qui diſceſſerat, ad ſe reuocari roga
Rediit ergo presbyter, & infirmum reuiſ
cur ſe reuocaſſet, quæſiuit. At ille ſpiritu
agente cõpunctus, confeſſus eſt ſe malè eg
ſe Deo mentitum fuiſſe, verumque, quod
tè negauerat, eſſe. Quem cum multò gem
pœnitentem, & ſatis facientem, is qui ade
rat presbyter intuens, compaſſus confiten
mœrore confecto, eum, vt moris eſt, abſol
atque rurſus Dominico corpore refecit. Q
ſuſcepto, cum tanta illud libertate glutiui
verè tunc appareret non caſu, ſed virtute di
na, ne antè hoc ſuſcipere poſſet, prohibitu
fuiſſe. Poſt hanc igitur reatus confeſſione
& corporis Chriſti perceptionem, paulul
ſuperuiuens in pace quieuit. Hoc non à d
bus tantùm, vel tribus teſtibus didici, ſe
Priore iam dicti loci, honeſto & fide digno
ro, & fratribus eiuſdem monaſterij, ac mul
aliis, quorum quidã ſe hoc vidiſſe, alii à p
bytero ſe audiuiſſe teſtati ſunt.

D.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN